



Veritur primo an ille laicus sapienter et ordinate desiderauerit et pecierit. Secundo an isti fratres recte sibi negauerit. **H**abuerunt etiam idem fratres consuetudinem quod plures persone missas redimerunt oēs in unum numerum associandi et pecunias multas recipiendi. verbi gratia hodie post prandium venit quidam petens triginta missas pro anima patris sui iam defuncti. **E**xhinc post hanc venit secundus petens totidem pro aīe sue uxoris. **I**tem ante et post vesperas veniunt tertius et quartus totidem missas celebrare petentes pro suis defunctis. **M**odo cum uno tricenario missarum putant se omnibus satisfacere. **R**esponsio ad predictorū dubiorū qualēcumque solutionē et si forte nō omnimodā satisfactionē ex quo studia doctorum nō multa de hijs leguntur tractasse. tamē in particulari pauca. **O**portet ergo pium lectorē cōtentum esse in hijs. que ex manu ductione doctorū. libro quarto sententiā in eorū scriptis reperitur. per viā autem resolutionem procedēdo clarior responsio relucebit. **O**ccurrūt primo persona suffragium postulans. secundo persona suffragium in pendens. tertio ipsius suffragium scilicet missae celebratio siue sacrificium in missa celebrata oblatum. quarto **I**ntēcio tam petitis suffragium quā cōferentis. **C**uilibet ergo parti